

scilicet seriose illius epistule ad te scripte, qua Victuriorum et Cau-
 10 corum eventum, pariterque statum omnem totius mundane fragili-
 tatis instabilem tragica quasi lamentatione deflevit, me faciens sol-
 lita sibi humanitate participem, taliter exorsus est: « Rogavit pridie
 Paulus noster, qui de se in dies meliora promittit etc. »; hoc me,
 ut dixi, uncho protinus ad benivolentiam tuam traxit, ymo, si
 quando opportunitas pateretur, ad contubernium et convictum.

Nam rem dicam michi urbanius reticendam, veram attamen,
 Deum testor: bonorum ac virtuosorum sodalium familiaritatē ac
 communicationem efflagito — non quod meritus, vir virtutis permod-
 dice vel nullius: novi equidem Cicerone ipso testante, talium ami-
 20 ciciam quovis pacto sine virtute captari non posse — ypsorumque Cic. de am. 100.
 convictum causa comunicandi sermonibus studiosis et mente, et non quemadmodum pecoribus in eodem pas[cu]o, ut nonus asserit Ethicorum — sed ut sim. Nulla enim [res] magis animos honesta in-
 duit, dubiosque et in pravum inclinabiles revocavit ad rectum,
 quam bonorum conversatio; paulatim quidem descendit in pectora,
 et vim preceptorum obtinet frequenter audiri, aspici frequenter;
 occursus imo nudus sapientum iuvat, et est aliquid, quod bono viro
 etiam tacente proficiat. Nam quemadmodum qui in solem venerit
 licet non ad hoc venerit, colorabitur; qui in pigmentaria taberna-
 30 cula residerint et paulo diutius morati fuerint, odorem loci secum
 ferrunt: sic qui cum virtuoso fuerint, traxerint aliquid necesse est,
 quod ipsis etiam negligentibus prospicit. Aristot. Eth.
 Nic. IX, 9, 10.

Seneca Epist. XV, II (94), 40.

30

Hactenus tamen, quo hunc tibi animum aperirem, nusquam casus michi vel occasio intercidit. Super fidem ergo magister Andreas, presentium sua curialitate portator, huic desiderio meo oportunus advenit, eiusdem affectus mei, se offerens tue noticie delaturum, quo vere ac sancte inter nos amicitie conpagulum solidetur. Sicut nam a veteribus est sancctum, talis est in contrapassis be-
 40 nivolentia non occulta. Vale itaque, forsitan rudibus his offensus, mi Paule, meque ad amicitiam tue ulnis humanitatis amplectere, ac inter zelatores tui nominis, honoris, status et comodi incuntater adnumera. Et quia honestis est affectibus indulgendum, hoc unum in ultimis audax queso, si quando comoditas ex negotiorum relaxatione conveniat, michi tuis litteris te concede, ut, si locorum di-

²¹ Cod. cari ex coicare.

²⁸ Cod. queadmodum.

³¹ Cod. fuerit.